

Dieser Abgeordnete ist im Julio widerkommen, und hat einen Päpstl. Indult-Brief zwar mitgebracht, der aber dem Convent darum keineswegs angestanden, weilen selbiger (1. nicht mit der bleyernen Bulla, sondern nur mit dem Sigillo officii poenitentiarii besiegelt: und (2. sonderlich die Clausul am Ende mit angefüget worden, daß, wann die Ursachen des abgelegten Habits aufgehört, die Mönche ihre Kutten wider anlegen, oder dieses Indults ferner nicht geniessen sollten; dieser Brief lautet also:

LAVENTIVS miseratione divina Episcopus prenestinus dilectis in Christo Abbatī & Conventui monasterii de Fonte salutis Eystetenſis dioecesis ordinis Cistertiensis Salutem in domino. Oblata nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat, quod, cum jam à pluribus annis sublevata plebs per Germaniam à Lutherana secta in religiosos omnes passim in surrexerit, ipsique religiosi communiter ludibrio habeantur, ac variis contumeliis & injuriis afficiantur & undique ejiciantur, factum est ut cum nemo jam religionis habitum velit suscipere, & qui jam suscepereunt, multi præsertim vestri ordinis, ex dicto monasterio relicto habitu aufugerint, alii vero decesserint, ad paucorum admodum numerum redacti sitis, & hi pauci qui superestis ab illustri Marchione Brandenburgensi ad dictum monasterium unde metu mortis imminentis ob vulgi tumultum aufugeratis ea conditione restituti fuistis, & in eo à molestiis quorumvis defensi estis ut pro vitanda vulgi ipsius seditione quæ major quam prior fuerit timenda est, habitu & tonsura presbitorum secularium non autem regularium uteremini prout jam annis quattuor vel circa hujusmodi necessitate coacti usi estis. Cum autem sicut eadem subjungebat peticio si habitum vestrum regularem reassumere velitis nemine ut præfertur de novo eum habitum suscipiente religio vestra in dicto monasterio brevi sit defectura, timendumque sit ne divino cultu in eo cessante, ejus bona principes seculares & laici sibi usurpent, ac pro suę libito voluntatis disperdant & dissipent, nullaque alia ratione id præcaveri possit nisi vobis & his qui de novo dictum monasterium ingredi voluerint, habitu presbiterorum secularium uti concedatur supplicare fecisti humiliter vobis super his per sedem apostolicam de opportuno remedio nunc provideri. NOS igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate domini papę cuius plenarie curam gerimus generis. Et de ejus speciali & expresso mandato super hoc vivę vocis oraculo nobis facto vos à quibusvis excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris & penis nec non irregularitatis nota si quas propter præmissa quomodolibet incurristis harum serie absolventes & absolutos fore censemtes, vobis ut pro cucullis & habitu regulari quibus antea utebamini illis penitus dimissis in choro ecclesię divina officia celebrando linea veste quam presbiteri seculares in ecclesia gestare confueverunt superindui, extra chorūm vero vestibus honestis ac birrete & tonsura quibus alii presbiteri seculares utuntur uti. Et nihilominus omnibus & singulis privilegiis graciis immunitatibus exemptionibus libertatibus favoribus & indultis etiam quoad vocem activam ac passivam & vestro monasterio & ordinis prædictis per quoscunque romanos pontifices ac sedem apostolicam nec non imperatores & quoscunque alios haec tenus concessis & concedendis quæ illæsa manere neque illis in aliquo propterea derogatum esse censeri volumus uti potiri gaudere libere & licite possitis & valeatis, ceterique Abbates qui ad novi Abbatis monasterii vestri prædicti & aliorum pro tempore eligendorum electionem de more vocabuntur venire, ac Abbas Cisterciensis pro tempore sic eligendos confirmare, nec non Episcopus Eystetenſis pro tempore benedicere teneantur & debeant tenore presentium indulgemus plenamque & liberam concedimus facultatem ac vobiscum desuper mir. dispensamus, dictisque Abbatibus & Episcopo ut ad eligendum veniant confirmare & benedicant respective ut præfertur in virtute sancte obediencie præcipimus & mandamus Quocirca illustri domino Federico Marchioni Brandenburgensi præposito herbipolensi & discretis viris in Ahausen ac de haidenheim mon. ordinis sancti Benedicti Eystetenſis dioecesis Abbatibus, nec non præposito Canonicorum regularium in Langenenn herbipolensi dioecesis & eorum cuilibet auctoritate & mandato prædictis committimus & mandamus quatenus vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentiam faciant. Vos indulto, concessione, dispensatione, & aliis præmissis pacifice frui & gaudere non permittentes. Vos super eisdem præmissis, vel eorum aliquo per loci ordinarium vel quoscunque dicti ordinis superiores prelatos & reformatores aut judices & personas alias tam ecclesiasticas quam seculares quavis auctoritate etiam apostolica fungantur ac dignitate etiam pontificali præfulgeant in personis bonis & rebus vestris publice & occulte directe vel indirecte quovis quesito colore vel ingenio molestari perturbari seu alias quovis modo inquietari Contradictores quoslibet & rebelles per censuras ecclesiasticas &

§ 2

alia